

Praepositionēs

lūlius **ad** vīllam it; **ad** oppidum; **ad** ancillās.

Ursus **ante** lūlium est; **ante** eum; **ante** vīllam.

Dāvus **post** lūlium est; **post** eum; post vīllam.

Via **inter** Rōmam et Capuam; **inter** servos.

Ōstia est **prope** Rōmam; **prope** vīllam; **prope** eam.

Circum oppidum mūrus est; **circum** mēnsam.

Mēdus est **apud** amīcam suam, nōn **apud** dominum.

Mēdus **per** portam Capēnam Rōmam intrat; **per** ōstium.

ad	-um
ante	-am
post	-ōs
inter	-ās
prope	-a
circum	mē
apud	tē
per	

ad, ante, apud, circum, inter, per, post, prope + acc.

ab/ā, cum, ex, in, sine + abl.

Ab, ad, ex, cēt. sunt praepositionēs.

1. Praepositionēs cum accūsātīvō: *ad, ante, post, inter, prope, circum, apud, per*, cēt.;
2. Praepositionēs cum ablātīvō: *ab/ā, cum, ex, in, sine*, cēt. (vidē cap. v).

Quō it Mēdus? Mēdus Rōmam it. Quō it Cornēlius? Is Tusculum it.

Unde venit Cornēlius? Cornēlius Rōmā venit. **Unde** venit Mēdus? Is Tūsculō venit.

Ubi habitat Lydia? Lydia Rōmae habitat. **Ubi** habitat Cornēlius? Is Tusculī habitat.

1. Accūsātīvus: Rōmam, Tusculum, Capuam, Brundisium, Ōstiam = ad oppidum-am/-um.
2. Ablātīvus: Rōmā, Tusculō, Capuā, Brundisiō, Ōstiā = ab oppidō -ā/-ō.
3. Locātīvus (= genētīvus): Rōmae, Tusculī, Brundisiī, Ōstiae = in oppidō -ā/-o.

quō?

Rōmam/Tūsculum

unde? Rōmā/Tūsculō

ubi? Rōmae/Tūsculī

Verbum āctīvum et passīvum


Servus saccum portat = Saccus portātur ā servō

Servī saccōs portant = Saccī portantur ā servīs



'Portat portant' verbum āctīvum est. 'Portātur portantur' est verbum passīvum.

1. Āctīvum: -t -nt.
2. Passīvum: -tur -ntur.



Exempla:

[1] **-ātur -antur**: Aemilia lūlium amat et ab eō amātur. Pater et māter liberōs amant et ab iīs amantur. Lydia verbīs Mēdī dēlectātur.

[2] **-ētur -entur**: lūlia puerōs nōn videt neque ab iīs vidētur. Puerī lūliam nōn vident neque ab eā videntur.

[3] **-itur -untur**: Dāvus sacculum in mēnsā pōnit = sacculus in mēnsā pōnitur ā Dāvō. Puerī rosās in aquā pōnunt = rosae ā puerīs in aquā ponuntur. Cornēlius equō vehitur.

[4] **-itur -iuntur**: lūlia puerōs audit neque ab iīs auditur = puerī ā lūliā adiuntur neque eam audiunt.

-us	-um	-t
-a	-am	
-i	-os	-nt
-ae	-as	
	-a	
-us	ab/a -o	-tur
-a	-a	
-um	-is	-ntur
-i		
-ae		
-a		